



100 1/2

MONUMENTUM
IOHANNI FLORENTI
RIVINO

2



LEIPZIG
IN VERLAG DER BUCHHANDLUNG
VON C. F. W. BUCHNER



MONUMENTVM
IOHANNI FLORENTI
RIVINO

S.



L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

M O N V M E N T V M
VIRI MAGNIFICI SVMISS. REVERENDI
IOHANNI FLORENTI
TO. FLORENTIS
R I V I N O

HEREDITARIUS DE SENEGALIA
CANONICI MARTINVS ET PAVLVS DE SENEGALIA
CANONICI VIKINGI CON. PREDICATORIS ORDINIS
SACRATVS IVDICIS IN CAUSA LITONIA SVB
SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT
ET SVBSCRIBIT

NON SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT
SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT
SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT
SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT

~~R E P O R T~~
AGADENIA SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT
EX SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT SVBSCRIBIT

2193



MEMORIA
VIRI MAGNIFICI SUMME REVERENDI
ATQVE CONSULTISSIMI
IO. FLORENTIS
RIVINI ICTL.

HEREDITARII IN *Neu Duckershausen*

CANONICI MARTISBURGENSIS DECANI
CANONICOR. VVCENENSIVM COD. PROFESSORIS ORDIN.
FACVLTATIS IVRIDICAE IN ACADEMIA LIPSIENSI ASSESSORIS
SVBSENIORIS EIVSDEMQUE ACADEMIAE DECEMVIRI
ET SENIORIS

PRID. KAL. IANVAR. A. C. *MDCCCLVI*

PIE DEFVNCTI

CIVIBVS ACADEMICIS

ET

GRATAE POSTERITATI

COMMENDATA

A

RECTORE
ACADEMIAE LIPSIENSIS.

A



Felix Academiae nostrae atque Civitati, et cum omnibus literarum disciplinis, tum maxime Iuris scientiae, per totum seculum amplius, fuit RIVINA gens: nec minus illae felices huic, et gratae aduersus eius de se merita. Nam *Andreas Rivinus*, qui primus genti suae et nomen hoc novum fecit, et nomini famam atque celebritatem peperit, Poëseos pariter atque Physiologiae Professor, non modo de vtraque Professione bene meruit, sed etiam vnus tum, in hac Academia, humaniorum literarum et Philologiae laudem ac famam habuit: vnus dignus, qui cum *Reinefius*, *Barthius*, *Danmiis*que compararetur, quae tum erant Saxoniae in eo genere ornamenta primaria. Sed ei, ambiguum est, vtrum plus debuerit Civitas nostra, ipsius et ceterorum meritorum eius causa, an quod tres filios reliquit, omnes Professoriae eruditionis viros. Nam natus maximus inter primarios huius Urbis ICTOS iure numerabatur: alter prin-



ceps Medici Ordinis summo merito ponebatur: tertius literas hebraicas professus publice, idemque sacerdos in aede Thomana, nisi mature decessisset, haud dubie ad summum inter Theologos nostros locum pervenisset. Ita in vna domo, atque vna stirpe, si patrem numeres, Vniuersitas quaedam literarum atque doctrinarum, rara felicitate, fuit. In quo intelligi potuit, quanta vis esset disciplinae domesticae, etiam maternas, si ea non ad vanitatem ac mollitudinem muliebrem remitteretur, sed ad sapientiae virilis et Christianae severitatem acueretur. Nam pater decesserat, cum natu maximus filiorum vix quinquennis esset: sed matrem iis reliquerat *Oleariam*, Halensem, e praecleara disciplina: quam illa optimam marito dotem, liberis lautissimum ac felicissimum patrimonium e paterna domo Lipsiam deportarat. Haec cum filios contineret illa ipsa *Oleariae* domus disciplina, tot felicibus exemplis cognita et spectata, ita eos conformatos reipublicae dedit, vt matri prope plus, quam patri deberet. Neque aliam comminisci convenit causam, quare in ea Domo tam diu, et per omnes gradus vna continuatione, manserint virtutis et doctrinae amor, immo virtus et doctrina ipsa, quam quod illa disciplina, bene olim constituta, summa cura semper conservata, et novis subinde institutis sancita, et veluti salubribus alimentis aucta fuit.

Non enim profecto coeca quadam hoc fieri putandum est fortuna, quam et ratio, et multo magis Christiana sapientia plane repudiat, quod videmus, Domos quasdam diutissime retinere magnam in aliquo genere gloriam,



gloriam, atque aliquam inde natam felicitatem. Beneficium divinum est, in rem publicam prope maius, quam in privatam cuiusquam domum, cum in familia aliqua nascitur ingenium praeclarum et singulare, cui hoc divinitus fit datum, ut prope sua sponte, et divina magis ope quadam, quam domesticae disciplinae adminiculis sublevatum, ad magnam aliquo in genere laudem provehatur. Sed illud bonum propagari ad posteros, sine alicuius disciplinae sapientis adiumento, vix potest. Simillima enim, ut in aliis rebus, sic in hac, civitatum et familiarum est ratio. Fuerunt civitates omni memoria, quibus, clarum est, singularem aliquam ad amplitudinem et gloriam felicitatem divinitus fuisse adiunctam, ut, ne minores commemoremus multas, Atheniensem, ut Spartanam, ut in primis Romanam, ipso Deo illam amplitudinem et gloriam moliente. Sed illud bonum in iis omnibus, si et rationi, et sapientissimis illarum ipsarum civitatum viris credimus, disciplinae cuiusdam, a prudentissimis viris constitutae, veluti vinculis adstrictum remansit, quibus laxatis atque solutis, statim fugam coepit capeffere. In plantis hoc, et floribus maxime, fieri videmus, ut vel ex ipsis caulibus erumpat, vel feminibus aliquid nascatur excellentius, et veluti *matre pulcrion filia*, unde novi etiam et invisitati floris species existit, quae sibi novum nomen facit. Quodsi felicio illa planta bene colitur, non modo ipsa servat bonitatem repentinam, sed etiam quandam bonam per propaggines et vivaradices sibi posteritatem facit, et quasi neptium neptes

B


proge-



progenerat, quae in plures hortos, veluti colonias, eunt, et nomini nobilitatem suo adiungunt. Sed opus est magna hortulanorum diligentia, et accurata cultura: qua etiam augeri illa avita bona solent. Vt primum cessat alicubi cura, et velut hortensis disciplina labat, diminuitur in subole bonitas, et familia illa ad priscam tenuitatem vilitatemque redigitur. Nec est alia hominum ratio, vt bene Aristoteles iudicat, et omnis memoriae exempla plurima demonstrant. Nam, vt ille ait, proventus quidam hominum est, sicut eorum, quae e terra nascuntur. Quodsi haec, in quibus necessitate quadam fiunt omnia, tamen seruire et propagare naturae bona non possunt, sine periti et diligentis hominis arte et cura: quomodo in hominibus, in quibus tam multis corruptelis locum facit voluntatis licentia, conservari aequabiliter et constanter possunt sine tali, et multo illa quidem maiori diligentia, et multis variisque sapientis disciplinae institutis?

Qua in re convenit vel admirari, vel dolere errorem vulgi, et conditionem aetatis tenerae. Etenim cum nemo audeat repente horti culturam suscipere, aut pecorum curam, in primisque equorum domandorum, canumve ad venationis solertiam acuendorum disciplinam, nullis praeceptis, nullo vsu, aut exercitatione, neque velit quisquam homini, ab arte et vsu imparato, earum rerum curam et quasi disciplinam committere: vtrumque ab utroque sexu magna cum confidentia videmus fieri in homine; in quo, dici vix potest, quanto plus artis ac difficultatis

tatis



tatis ea res habeat. Nam in illis vel plantis, vel brutis, quia praeter corpus nihil habent, quod ad colentis curam pertineat, vna, et simplex, et brevis est cuiusque generis ratio, quae nulla ingeniorum naturarumque diversitate varietur: in hominibus autem, quamvis tenerae aetatis, ingeniorum animorumque tanta prope varietas est, quanta vocum, vultuum ac formarum, tot in animis ipsis latebrae, quot venarum per totum corpus propagatarum fibrae. Tum nihil tam inconstans, atque incertum, et varium est, quam voluntas, quae nulla corporea vi bene regi, et ad officium constanter retinendum adduci potest: vnde, incredibile est, quam multiplex disciplinae ratio nascatur. Quanto sapientius veteres illi Graeci atque Latini fecere, cum disciplinam etiam privatam, hoc est, educandorum liberorum rationem, publicarum legum institutorumque auctoritate, a sapientibus viris constituta, rexere, ne erraret atque vagaretur, aut esset incerta et multiplex, sed vna eademque, per quam boni, et honesti, et praeclari sensus iniicerentur animis omnium, essetque totius populi, vt vna lingua, sic vnus sensus, vnus animus, denique exercitationibus aptis adsuefierent ad officii et amorem et conservationem.*) Atque etiam magni saepe viri fuerunt, qui communi disciplinae sapienter atque vtiliter adicerent, quae propria essent ingenii, vel natura magnis, vel ad illustrioris vitae cultum erudiendis ac provehendis: eaque posteris, velut per manus tradita, et in boni patrimonii

B 2

loco

*) vid. I. A. Ernesti Prohus. *de privata vet. Romanor. disciplina.*



loco seruata et vsurpata, certa genera virtutum atque artium fecerunt familiis quibusdam propria et perpetua, vt fortitudinem militarem Scipionibus, Metellis, Marcellis, aliis, iurisprudentiam Mucii, Crassis. In quibus etiam valuit paternarum artium, morum, vitaeque totius imitatio. *) Incredibile dictu est, quantam vim habeat ad animos pueriles bene fingendos, et ad aliquod genus artium virtutumque communium assumendum, assuetudo videndi a teneris et audiendi, quae ad id pertinent: praefertim si adiungatur persuasio haec, vt ea bona, pulcra, gloriosa, vtilia esse credant. Nec aliam crediderim ob causam aut lege cautum fuisse apud Aegyptios, vt eam quisque artem et vitae genus sequeretur, in quo natus esset, aut nostris quoque moribus, citius artis atque opificii cuiusque tirocinia ponant ii, qui domesticum opificium discunt, quam qui alienum: quam quod facilius, et celerius, et melius discuntur, quae ab aetate prima vidimus atque audivimus. *Cicero* quidem *Lentulo* puero nullam meliorem disciplinam posse contingere iudicabat, quam si maxime parentis imitatione erudiretur. **)

Atque hanc domesticae imitationis disciplinam maxime et placuisse genti *Rivinae*, et profuisse, non levi coniectura moti, sed idoneis argumentis inducti credimus. *Andreas Rivinus*, cum ad medicam doctrinam se contulisset, sed ita, vt cum ea, multorum magnorum virorum exemplo, humaniorum literarum studium coniungeret,

*) Cic. Off. I, 32.

**) Ep. ad Diverf. I, 7.

iuingeret, plurimum studii tribuebat poetis Christianis veteribus, quos etiam lectionibus publicis interpretabatur, itemque ceteris Patrum latinorum libris, vt qui etiam *Tertulliani*, aliorumque carmina, et libellos alios edidit: sive suam ipsius pietatem, sive etiam vetus institutum *Petri Mosellani*, et *Casparis Borneri*, magnorum virorum, secutus, qui propriam quandam poetarum Christianorum interpretandorum, *Prudentii* maxime, disciplinam instituerant: *) omninoque rerum sacrarum studiosissimus et religionis amantissimus erat. **) Mortuus dudum erat *Andreas*, cum filii ita adoleuissent, vt de studiorum ratione deliberandum esset. Sed, vt nihil dicamus de *Tilemanno*, qui materni generis gloriam secutus, totum se ad sacras literas dedit, fratres ambo, *Q. Septimus*, et *Quirinus*, rerum sacrarum studium semper, ille cum iurisprudencia, hic cum medicina coniungere, scriptis etiam editis, quae ad eam partem doctrinae pertinerent. *Quintus* autem omnibus pietatis castae et officii memorem animum probavit, vt non eruditi magis ac

pru-

*) Georg. Fabric. praef. poet. Christ. p. 8. *Noxeram e poetis Christianis, excepto Prudentio, neminem. Neque eum magni fecissem, nisi Lipsiae audissem Casp. Bornerum, hymnos eius interpretantem eruditissime: quam lectionem, a viro clarissimo Petr. Mosellano sibi quasi per manus traditam, fidei possessione ad usum publicum multos annos retinuit. A C. Bornero quosdam poetas Christianos ad vetera exempla collatos tradit in Comment. p. 106. nominatim Prudentii, p. 17. Prudentii codicem manuscriptum e bibliotheca Namburgana ha-*

buit vir eruditione et diligentia praestans Casp. Bornerus, quem ante annos octo et viginti, cum in ludo Lipsiensi Thomano eius collega essem, mihi conferendum dedit.

**) Programma in funus Andr. Rivini a. 1656. p. 8. *Tota ipsius vita quotidianis pietatis exercitiis, in primis rerum sacrarum meditationibus fuit destinata, prout meditationibus, quas reliquit, piis LIX, stilo partim latino, partim germanico confectis, nec non septem Christi verbis septem petitionibus orationis Dominicae applicatis, testatur fecit.*

C



prudentis Icti, quam religiosi, et sancti, et boni viri laudem nomenque ad extremum vsque obtineret; vt etiam a vita discessum habuit eum, qualem in veterano Theologo laudaremus, hoc est, non modo sine timore ac tergiversatione, sed etiam cum laetitia, identidem ingeminans illud Simonis: *Ita seruo tuo, Domine, das cum laetitia de vita discedere.* Ab hoc natu maximus, *Florens*, de quo nobis dicendum est, non modo iuris amorem ac felix studium, vt de ceteris plerique filiis, sed etiam illum acrem pietatis aduersus Deum sensum, quem ipse a matre hauserat, illum Christianae religionis integerrimum amorem, velut pulcherrimam hereditatem accepit, et in suos vicissim liberos transfudit: fuitque domus *Rivina* semper insignis studio rerum divinarum, in primisque religiosâ existimata. Haec sacerdotibus semper maxime patuit: hic nulli sermones libentius auditi, quam de rebus divinis: haec cantibus sacris saepissime et precantium vocibus resonuit: haec crebras pietatis et religionis exercitationes habuit. Atque vt ipse paterna disciplina, praecipis, consiliis, exemplo conformatus erat ad eximiam iurisprudentiam, quae feliciter se in causis agendis, in docendo scribendoque, in consulendo, deque iure respondendo proferret: sic ipse filium pariter sua disciplina in eodem genere effecit talem, qualem videmus, qualem spectaverunt laudantque a multis annis vel iudicia, vel collegia, in quibus aut causas egit, aut de iure respondit. Sed ipsam Viri excellentis vitam omnem, quomodo natus, educatus, institutusque sit, quid honorum



rum gesserit, qualem se in omni vitae genere ac parte praebuerit, videamus.

Natus est in hac Vrbe, superioris seculi primo et octogesimo anno, a. d. V. Kal. Aug. patre *Q. Septimo Florente*, ICTo, honoratissimae imaginis viro: nam et Dresenae in regio Provocationum Collegio Confiliarius, et in hac Vrbe Curiae supremae Assessor, Scabinus, et Consularis fuit: matre *Maria Catharina, Nicolai Creuselii*, supr. Curiae et Facultat. Iur. Assessoris, Academiaeque Syndici, et *Christinae Nosviciae* coniugio edita. Avum paternum habuit eum, quem supra memoravimus, *Andream*, Medicae artis Doctorem, eiusdemque ac Poeseos Professore clarissimum, aviam *Catharinam Elisabetham Oleariam, Tilemanni*, sacerdotis Halensis, filiam, *Gotfridi Olearii*, sacrorum ibi Antistitis clarissimi, et *Tilemanni Heshussii*, Theologi, neptem. Sed *Andreas* ille patrem habuerat *Andream Bachmannum*, Senatorem Halensem, virum etiam honestis militiae stipendiis nobilem, matrem autem *Dorotheam Krebsiam*. Matrem amisit annos natus duodecim: sed matris affectum et curam reddidit *Ioanna Sophia Birnbaumia*, *Io. Abrahami*, Procancellarii Dresenae regii et Praepositi Ecclesiae Vurcenensis filia. Patre diutius frui contigit, ad annum vsque huius seculi tertium decimum: viditque laetus venire in domum eius honores tum alios, tum ad extremum Consulatum: quos ille non ad superbiam inanem trahebat, sed ad aemulandi studium. Tirociniis literarum puerilium positis, doctores artium Academicos audire coepit, annos quindecim na-



tus: primum, in hac Vrbe, *Pritium* maxime, et *Hardium*: post Vitembergæ *Planerum*, *Io. Gvilielmum Bergerum*, itemque *ICTos*, *Straußium*, *Heberum*, *Hornium* et *Io. Henr. Beyerum*. Vnde reversus Lipsiam, a *Ludero Menkenio* et *Fr. Frankenstenio* profecit. Ita decurso Academico curriculo, iter per Halas Saxonicas suscepit in Batavos, instructus illic a *Strykio* non modo consiliorum saluberrimorum veluti viatico, sed etiam literis, quibus clarissimis inter Batavos *ICTis* commendaretur. Ex ea peregrinatione non modo Doctoris honores, Ultraiecti, anno huius seculi primo a. d. XVI. Iunii acceptos, sed etiam *Lucae Pollani*, *Io. Molani*, et *Cornelii Eccii*, *ICTorum* clarissimorum, aliorumque benevolentiam deportavit.

Vt primum in patriam rediit, ad vsum communem conferre instituit partam doctrinæ copiam, caussis in foro agendis, scholisque de iure habendis. In vtroque genere ita probata est viri scientia, dexteritas, assiduitas, fidesque, vt omnia consequeretur deinceps, quæ iis rebus tribui possent. Nam et in Curia et in Consistorio (a. *MDCCVIII.*) caussarum agendarum ius datum est, post (a. *MDCCXIII.*) inter Iuris Professores locus is, cui publica tituli de Verb. Significatione et Regulis iuris interpretatio attributa est: a quo gradu deinceps ad secundum vsque pervenit, qui Codicis interpretationem habet. Nihil est neque honorum, neque munerum, in Academia nostra, atque in *ICTorum* Collegio, quod illi non vel contigerit, vel sæpe impositum fuerit: in his Canonici, primum Numburgensis, mox Martisburgensis Eccle-

Ecclesiae. Sed vtrumque praecefferat Vurcenensis, prid. Kal. Iul. A. MDCCIV. initus. Neque vlla est Professorii muneris pars, cui ille non egregie satisfecerit. Nam et docebat perspicue fideliterque, et exercebat assidue iuvenes ad disputandi caussarumque agendarum facultatem, et rei Academiae publicae quacunq; ratione prodesse cupiebat. Neque vero huius Urbis et Academiae finibus continebatur fama viri, eiusque et in consulendo prudentiae, et in rebus agendis dexteritatis. Itaque etiam Principes eius consilio et opera in eo genere saepe vsi sunt, in his CHRISTIANVS et IO. ADOLPHVS, Saxoniae Duces e Domo Leucopetraea, a quibus etiam Consiliiarii Aulici ornamenta habuit, et AVG. LVDOVICVS Princeps Anhaltinus, e Cothenensi Domo: consulebaturque saepe a multis magnis viris, saepe etiam vniversis ordinibus in caussis gravioribus, publicis privatisque.

In negotiosa et occupata vitae ratione, tamen et permulta scripsit, per occasiones Academicas, quibus iuris civilis, in primis controversi, capita et quaestiones difficiliore explicarentur; quorum indicem subiecimus: et efficaci atque in labore felicitatis viro reliquum erat aliquantum temporis, quod exercitationibus pietatis domesticae tribueretur: eamque temporis partem omnium optime collocatam existimabat. Sed iis maxime consumebat dies publicis religionis exercitationibus sacros, totus vacans Deo cum suis, scribens etiam, quae plenum rerum divinarum cogitatione et pietatis vero sensu animum exprimerent. In quo vt imitandum et suis et

D

aliis



aliis exemplum fuit, ita divina providentia eum felicitatis exemplum fecit. Nam profecto felicitate usus est ita rara, ut nemo dubitare possit, quin ea ipsi singulari quodam beneficio Dei, colentis, a quibus colitur, contigerit. Ne repetamus ea, quae ante commemoravimus de honoribus viri: valetudine usus est, ad secundum et septuagesimum usque aetatis annum, firma et constante, et cum reliqua vita, tum senecta multis raris cumulata. In collegio Canonicorum Vurcenensium ad Decani usque gradum pervenit, eumque septendecim annos obtinuit, omninoque unum et quinquaginta annos in eo Collegio sedit. Annum Doctoratus quinquagesimum, quatuor ante vitae finem annis, superavit: gratulante ei publice huius felicitatis laetitiam Academia Traiectina, per *Iac. Gisbertum Voersmannum*, Rectorem, memoriam autem numo, vultum viri exprimente, posteritati commendante *Vestnero*, Noribergensi artifice. Quibus rebus ille mirifice laetabatur, non vanitate quadam, sed grati adversus beneficia divina animi causa. Nec alio confilio, quinto ante mortem anno, in Vitembergenfi Academia praefens ipse quinquagesimum acceptae ibi civitatis annum celebravit, suumque nomen iterum referri in Album Academiae voluit. Heres bis scriptus est ab iis, qui eius opera bona et fideli in controversiis forensibus usi fuissent; legata autem, simili de causa, saepius cepit. Quae ille non magnitudine, sed animo testatorum aestimabat, gaudens non lucro, quo ipsi opus non erat, sed fidei et rerum bene gestarum fructu. Sed nullum aliud felicitatis
genus



genus ei laetius accidit, quam quod per filium natu maximum ad eum pervenit: quem ut virtutum suarum omnium imitatore amavit, ita assiduam laetandi materiam habuit. Nam primum in Disputatione, per quam aditum sibi in Collegium Ictorum muniret, comitem duxit: post in Advocatione vtraque, Curiae et Consistorii, successorem habuit: in Canonicorum Collegio Vurcenensium Collegam, ab se inauguratum, itemque in Ordine Ictorum Academiae nostrae: denique matrimonio ornatissimae matronae beatum vidit, ex ea filiola auctum, per eandemque nactum privignam, quae ipsum atque se patris avique naturalis loco amaret. Quae res ei tanto laetior fuit, quanto magis ipse felicitis et foecundi matrimonii suavitatem cognoverat.

Nam bis matrimonium iniit. Primum a. MDCCCIV. prid. Kal. Octobres, cum *Clara Elisabetha, Tilemanni Andreae Rivini*, patru, de quo supra memoravimus, filia virgine: quacum quinque et triginta annos coniunctissime vixit. Nam in ea et singularis pietas in Deum erat, et ceterae Christiana femina et matre familias dignae virtutes. Ea ipsum vndecim liberorum parentem fecit: e quibus superstites reliquit *Augustum Florentem*, I. V. D. Canonicum Vurcenensem, Fac. Iuridicae Assessorum, et in Curia atque Consistorio causarum patronum, qui ante paucos annos in matrimonium duxit *Ioannam Christianam, Triptonis* filiam, *Svabii*, mercatoris nostratis, viduam, ornatissimam feminam; ex qua suscepit *Ludovicam Florentinam*, superiori anno a. d. IV. Iulii natam: Sa-



muellem porro *Florentem*, A. M. *Florentinam Sophiam*, et *Claram Sophiam*, virgines ornatissimas; in quarum pietate et obsequio viduitas et senectus patris acquievit. Ceteram prolem praematura mors abstulit: *Rabelem Elisabetham*, *Ioannam Sophiam*, *Ioannem Florentem*, *Christianum Florentem*, *Christianam Florentinam*, et *Quintum Florentem*. Ipsam tantae sobolis matrem acerbo fato amisit, prid. Kal. Iul. A. CIOIOCCXXXIX. inter prandium apoplexia subita ad coelestia gaudia translata, maximo cum suo fuorumque luctu. Biennio in viduitate exacto, h. e. anno XLI. ipso natali suo, duxit *Christianam Margaretam Greniam*, D. *Ioannis Andreae Gleichii*, Consilarii in Consistorio Dresenae Regio, et Concionatoris Aulici viduam, sancti exempli matronam: quam et ipsam anno post, a. d. IV. Kal. Octobres, amisit.

Ita vita viri, quamquam praecipuae felicitatis, tamen non caruit acerbitatibus, per quas patientia eius, fiducia in Deo, et constantia exerceretur. Sed maxime vis earum erupit in extremam vitae partem, quae facillime eam sustineret, animo per tot annos assidua rerum divinarum meditatione adversus humana mala obfirmato et roborato. Nam anno CIOIOCCCLIII. a. d. IX. Ian. cum nulla morbi gravioris signa extitissent, derepente, dum stans Commentarios forenses legit, caligine oculis offusa, praecipit in terram actus est, ut crus dextrum graviter afflictum claudicaret: (nam livore totum suffusum erat, ut sanguinem ex vasis ruptis sub cute confluxisse, in promptu esset) dubiumque videretur vtrum ex contusione, an ex nervis fideratis



sideratis debilitatum crus esset. Sed nervis quoque vim factam arguebat et lingua balbutiens, quae sola Domino negabat obsequium, reliquis sensibus promte sua ob-euntibus munia, et eiusdem cruris, discussio medica et chirurgica ope livore, residua debilitas. Ceterum in illa senectute adhuc aliquid erat viriditatis a corporis naturali robore, quod etiam animi quadam firmitate sustentabatur. Itaque tum non modo evasit, sed eo usque convalluit, ut publicis et domesticis officiis sufficerent animi corporisque vires. Namque cum hiemem anni sequentis inter cruris afflictii dolores, interque symptomatum, quae a nervorum lusu spastico eveniunt, vicissitudines transegisset, verno aestivoque anni CIOIOCCCLIV. tempore, si cruris imbecillitatem exceperis, ad se adeo reversus est, ut, ne quid mali ex plethora redundaret, verens medicus sanguinem, venae sectione diminutum, motu subigere iuberet. Igitur inter labores consuetos vixit, primum consulendo, scribendo, docendo, ad extremum etiam conventus status Collegii Iuridici obeundo. Illo ipso, quo vivere desiit die, scholam publicam habuerat, atque ita, quae non parva felicitas est, prope agendo mortuus est. Quamvis enim siderati cruris memoria non poterat non aliquem timorem gravioris et repentini mali iniicere peritissimo artis medicae viro, et sagacissimo naturae indagatori, *Hebenstreitio*, a quo etiam in societatem custodiendae valetudinis, speculandique hostis, adscita erat *Ludovici* nostri vigilantia et cauta scientia: tamen a. d. III. Kal. Ian. nihil signi advertente medico, qui paucis horis ante carum pignus

HEBEN E suum



suum inviserat, cum post parcam coenulam, lectulum petiisset, derepente sensuum stupore tanto oppressus est, ut periculum grave ostenderetur. Advocantur medici: aeger balbutit, negatque se male affectum: inter verba obdormiscit: etiam cum vigilat, praesentes vix agnoscit: mox sentire, moveri desinit. Coma adesse intellectum est. Cordis motus vegetus et calor incensus sanguinem ducere imperabant. Adhibetur quicquid ars habet soporatis excitandis. Nihil proficitur. Manum movet interdum, vel articulum aliquem: alte respirat: arteriae ictus intenduntur et accelerantur. Quae febrem ex cerebro presso, sive vase ibi derepente rupto, sive materia morbi alia illuc celeriter translata, adesse indicabant, eamque maiorem, quam quae vel viribus vitae, vel arte superari posset. Itaque nocte, et diei sequentis parte, inter ultimos spiritus, sensim deficientes, absumta, inter pios suorum gemitus, inter medicorum curas, inter pias preces, a fratre fratri traditus est, et ex somno vitae finem habuit, hora secunda pomeridiana, mense supra quartum et septuagesimum aetatis annum quinto. Vivit tamen meliori sui parte in coelis, videns audiensque, quorum cupiditate diu flagraverat, vivetque in animis suorum, tot discipulorum atque Civitatis universae, maxime autem in filio, ipsius maiorumque doctrinam, merita, virtutes non modo aemulante, sed etiam feliciter aequante.



INDEX

I N D E X S C R I P T O R V M.

I. Libri.

- | | |
|--|---|
| <p>1. <i>Q. Septimi Florentis Rivini</i> Enunciata juris ad Ordinationem Proceſſus iudicarij Saxonici, iterum edita cura <i>I. Florentis Rivini</i> a. 1705.</p> | <p>2. Nexus Pandectarum realis ſecundum ordinem naturalem juris, in uſum Auditorij.</p> |
|--|---|

II. Exercitationes Academicae.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Diſſert. inaugural. de debitore, bona ſub haſta vendita reluente, <i>ſine praefide. VI. trai.</i> 1700.</p> <p>2. de libello in actione hypothecaria rite formando, reſp. <i>M. Iob. Friedr. Hoeck-nevo Lipſ.</i> 1706.</p> <p>3. an ſi certa uſurarum quantitas per transactionem remiſſa, reſiduum vero uſurarum ſorti antiquae diſtinctis terminis ſolvendum iungatur, a tempore morae de tota quantitate uſurae a debitore peti poſſint, reſp. <i>Hartm. ab Eſſa. ibid.</i> 1717.</p> <p>4. de praefcriptione Geradae, reſp. <i>M. Iob. Friedr. Hohmanno. ib.</i> 1719.</p> <p>5. de pactis dotalibus, in quantum Statuti derogent, vel minus? reſp. <i>fratre M. Andr. Florentie Rivino.</i> 1723.</p> | <p>6. de Emptione atque venditione patris, et liberorum in poteſtate eius exiſtentium. reſp. <i>Friedr. Guilelm. Scherell.</i> 1724.</p> <p>7. de Succeſſione Fisci in Gerada, reſp. <i>Chriſt. Aug. Fiſcher.</i> 1725.</p> <p>8. de privato in principem Imperij uſurae pravitate reo, reſp. <i>Cir. Aug. Juſto.</i> 1725.</p> <p>9. Considerationes forenſes de claſſula cambiali, reſp. <i>Godofredo Chriſtian. Vollbardo.</i> 1725.</p> <p>10. de iureiurando in alterius animam, reſp. <i>filio M. Aug. Flor. Rivino, pro loco in Facult. Iurid. eod. anno.</i></p> <p>11. de teſtamento parentum inter liberos, coram duobus teſtibus condito, reſpectu</p> |
|---|---|



- spēctu extraneorum personarum invalido. resp. *Christf. Mich. Kubnio*. 1726.
12. de non praesumta domicilii mutatione, resp. *Henr. Friedr. a Brinck*. 1726.
13. de confessione tori ad obtinendam successione coniugum iure Sax. Elect. necessaria. resp. *Iob. Balb. Fubro*. 1726.
14. de prohibita publicatione partis testamenti, a testatore facta. resp. *M. Georg. Henr. Ratjcb*. 1727.
15. de denominatione complicis a delinquente et damnato ad mortem facta fragili indicio. resp. *Iob. Paul Rockentbimio*. 1727.
16. ad Modestini casus enucleatos. resp. *Aug. Gottl. L. B. à Seyffertiz*. 1727.
17. de compensatione inter coheredes. resp. *Ernst. Henr. Bofio*. 1728.
18. de iure pignoris moto concursu. resp. *Iob. Gottl. Schneider*. 1728.
19. de pactis successoriis. resp. *Iob. Christian Bucky*. 1730.
20. de iuramento vniuersitatis. resp. *Christf. Beni. Schlegelio*. 1731.
21. de servitute necessaria. resp. *Ferd. Christian Stieffio*. 1734.
22. de testamento per procuratorem iudici oblato. resp. *M. Iob. Friedr. Hoffmanno*. Inaug. 1735.
23. de successione matris ex statuto Budisfinensi, vulgo den Schoosfall. resp. *Erdmann Godofr. Schneider*. Inaug. 1735.
24. an et quatenus in locatione fundorum publicorum veteres possessores praescribendi sint? resp. *Carl Ludw. Wiedmarcker*. 1737.
25. an et quatenus mortis reus tormentis denuo subiiciendus sit? resp. *Christian Inmanuel Titio*. 1737.
26. de effectu confessionis separatis tormentis sponte factae resp. *Godofr. Lutterorb*. 1739.
27. de Clerico cambiante. resp. *Christf. Godofr. Weinberg*. Inaug. 1739.
28. de testamento furdi et muti natura talis valido. resp. *M. Iob. Christoph Kubnio*. 1740.
29. de iure vitae et necis in furem privato competente. resp. *Fried. Carolo Schulzio*. 1740.
30. de schedula testamento adiecta. resp. *Polycarpo Wilhelm Seebachio*. 1741.
31. de culpa ab vno collegarum commissa a toto collegio praestanda. resp. *Iob. Gottbelf Seyfferto*. 1741.
32. de iure venandi in alieno fundo. resp. *Daniele Gottlieb Reichio*. 1745.
33. de obligatione extincta iterum reuiuiscente. resp. *Benj. Aug. Friedr. Quebl*. Inaug. 1746.
34. de fideiussore inficiente. resp. *Georg. Henr. Bofio*. Inaug. 1748.
35. de fine litum, vt finiantur. resp. *Carl Ottone Packbuschio*. Inaug. 1748.

36. an Vitricus privignis Geradam in legitimum imputare possit nec ne. resp. *Christ. Gottlieb Bofio. 1749.*
37. de iuramento Documentorum noviter repertorum. resp. *Fried. Aug. Hoffmeistero. 1749.*
38. de obligatione vniuersitatis, expensas criminum inquisitionis, indistincte susceptas, etiam pro forensi praestandi. resp. *Godofredo Davide Schreitero. Inaug. 1749.*
39. de filio in testamento parentum privilegiato non exheredando. 1752.

III. Programmata.

1. de praedictis ex abusu interpretationis oriundis, in aditu *Profess. iuris. Lipsiae 1723.*
2. de iure quod domino directo intuitu Laudemii competit. 1727.
3. de emendandis nova lege substationibus. 1727.
4. an debitum coniugale denegando, causam adulterio dans, divortium nihilominus ob adulterium petere possit? 1728.
5. Singularia quaedam processus iudicii mercatorii Lipsiensis, contra emendam Ord. Process. Sax. retenta et sanctione pragmatica abolenda. 1729.
6. ex literis cambialibus, quarum solutio nundinis Lipsiensibus sine adiectione diei promissa, contra neminem ante diem quintum posterioris septimanae, *der Zahlwoch*, elapsum agi debere. 1720.
7. de variis abusus circa examen testium. 1730.
8. de rebus inter desponsatos donatis, nuptiis sine culpa eius, cui donatum, non secutis, non repetendis. 1730.
9. de arduo munere Icti ex fide, praesertim in causis criminalibus, gerendo. 1731.
10. an avus paternus indistincte? an vero in subsidium tantum matre egente, alere spurium teneatur? 1731.
11. de poena capitali I. S. E. ex rescripto speciali, in furem, etiam tum, cum ob levius furtum torturae subiectus, aliud furtum, quod vna cum illo computatum, summam capitalem attingit, sponte confessus est, statuenda. 1732.
12. de iuramento relato, si facta aliena concernat, nunquam de veritate, sed de credulitate tantum praestando. 1732.
13. de iure tributorum, orto concursu: speciebus quibusdam eo pertinentibus: quo ordine et vnde pendente concursu solvi debeant, secundum singularia rescripta et praedicta novissima. 1732.
14. an reus, qui interrogatoria ad articulos probatoriales exhibuit, postea in reprobatione super iisdem capitibus, articulis reprobatoribus repetitis, ad iuramenti delationem admittendus sit? 1733.
15. de modo computandi Geradam, si pater eandem filiae, vi Const. Elect. XI
F p. II.



- p. III. in legitimam matrem imputare velit. 1733.
16. de Examine testium extra processum ad cuiuslibet instantiam improbat. 1734.
17. quatenus hodie de ineundo vel non ineundo matrimonio valide pacisci liceat? 1734.
18. an substitutis in locum testis demortui aliis testibus, liceat etiam additionales vel novos Articulos offerre? 1735.
19. de poena fracta Vrhedae, in eos qui revertuntur ex praescripto legum Saxonicarum omnino statuenda. 1735.*)
20. ad l. 3. Cod. quod ex fact. tutor. 1736.
21. de protutoris seu tutoris a iudice incompetentem constitui obligatione. 1736.
22. de dote promissa post biennium a tempore consummati matrimonii, tum ab extraneo, tum a patre solvenda. 1736.
23. Investivae in decotiores foro bonisque cedentes. 1736.
24. de iure, quod fisco ratione tributorum in bonis tributariis, orto creditorum concursu, competit. 1737.
25. Cuinam iudici articuli probatoriales offerendi sint, et an desertionis poenam evitare possit probaturus, si iudici ad quem, durante fatali, eosdem exhibeat? 1737.
26. de infelicibus consecrariis doctrinae de validitate sponsaliorum concubitu firmitatum. 1738.
27. quaedam de divortii ex capite malitiosae desertionis, et quomodo eiusmodi processus sit instituentus. 1738.
28. an et quatenus transactiones extra iudiciales cum paupere iurato in Saxoniam valeant? 1739.
29. an Monopolia toleranda sint in rebus publicis? 1739.
30. de electione personarum universitati I. E. S. concedenda, quoties ipsi relatione iuramenti ab adversa parte facta est, vel a iudice legali, purgatorium aut supplementum iniunctum, vel de calumnia iurandum est. 1739.
31. de singulari romanorum et germanicorum legislatorum cura in controversiis finium et terminorum dirimendis. 1740.
32. de homicidio dolo, etiamsi simulatione furoris perpetrato, nihilominus morte puniendo. 1740.
33. an vidua portionem statutariam petens a liberis collationem, quoad ea, quae a patre dotis, vel subsidii paterni, vel alio nomine acceperunt, exigere possit? 1741.
34. de communione inter coniuges, illiusque effectibus, secundum ius Germanicum. 1741.
35. de recta fideicommissorum interpretatione facienda. 1742.
36. an in testamentis transversalium, imo extraneorum, quando ab aliquo a latere, vel plane extraneo, liberis alterius legatum

*) Haec vndeviginti vno volumine comprehensa edidit a. 1735. in 4. hoc titulo: *Programmata e iure vario.*

- tum vel fidei commissum relinquitor, sub liberorum nomine etiam nepotes intelligantur? 1742.
37. ad quem onus alendi et educandi infantes expositos in pagis spectet, vtrum ad dominum iurisdictionis, an ad subditos? 1743.
38. de religione iudicum malitiam hominum vincente. *ibid.* 1744.
39. de origine et splendore Acad. Lipsienfis. 1744.
40. quaedam de praelatione expensarum iudicialium, et earum quas Curator litis in concursu creditorum petere potest. 1744.
41. quando quis probatione cadat? 1745.
42. de invaliditate testamenti parentum, in quo liberi, a patre titulo honorabili non instituti, sed plane praeteriti sunt. ad *Conit. Elect. Sax. 9. §. 2.* 1745.
43. de casu quodam singulari, circa emtionem venditionem in Consistorio Lipsienfi agitato. 1745.
44. an sub fratrum liberorum appellatione sororis liberi etiam contineantur? 1746.
45. de lenitate iudicum intemptiva erga fures. *ibid.* 1747.
46. de donatione inter vivos et mortis causa, et vbi convenire videntur. 1747.
47. de iis, quae in anno quadragesimo octavo proxime elapsorum scilicet annorum memoranda veniunt. *ibid.* 1748.
48. de investitura, eiusque resignatione 1750.
49. Quando absens recte pro mortuo habendus? *ibid.* 1751.
50. An fratris vidua cum fratre germano sponsalia celebrare possit? 1750.
51. An litis denunciatio extra casum evictionis locum habeat? 1751.
52. de poena bancruptorum et malitosorum decoctorum. 1751.
53. de quaest. quo ordine, qui casu simul perierunt, mortem subiisse censendi. e. a.
54. de circumspectione circa poenas capitales irrogandas variis casibus singulari-adhibenda. e. a.
55. quatenus edictali citatione opus, vbi de hereditate absentis vel pro mortuo habendi agitur? 1754.
56. de praesumptione pro partu, constante matrimonio edito. 1754.



IV. *Exercitationes pietatis privatae.*

- | | |
|---|---|
| 1. Andächtige Betrachtungen auf alle Sonn- und Festtage des Jahres. | 8. dergl. nach Anleitung derer Psalmen. |
| 2. Andächtige Betrachtungen auf die Sonn- und Festtage des Jahres, nach Anleitung derer Episteln 1743. | 9. Zusammen getragene geistl. Lieder. |
| 3. Gott gewidmete Sabbaths-Feyer im Jahr 1745. | 10. Heilige Ruhe der Seelen. |
| 4. Seelige Stunden im Jahr 1746. | 11. Heilige Vorbereitung auf den grossen Sabbath 1751. |
| 5. Passions-Andachten. | 12. Seelige Führung des Geistes der Gnaden zur frohen Ewigkeit. 1752. |
| 6. Gewürckte Früchte des guten Geistes im Jahr 1748. | 13. Seelige Erquick-Stunden. 1753. |
| 7. Tröstliche und süsse Todes Gedanken, aus der unerschöpflichen Quelle des göttlichen Wortes, so bis ins ewige Leben quillet, nach Anleitung derer Bücher Altres Testaments. | 14. Seelige Erquick-Stunden zur frohen Ewigkeit. 1754. |
| | 15. Zur Gemüths- und Seelen-Ruh angewendete Stunden, des Jahres 1755. |



E P I C E D I A

G



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Es sollt, Zeugen zarter Kindes Liebe,
Aus treuer Herzen reinstem Triebe,
Da uns ein solches Leid geschehn,
Als wir vor Gram kaum übersehn.
Je mehr wir den Verlust erwegen,
Der leider! unsre Ruh verkürzt,
Je bänger folgt ein Thränenregen,
Den Harm und Wehmuth von sich stürzt.

Er stirbt! die matten Augen brechen;
Der hohe Mund hört auf zu sprechen:
Der Puls bleibt aus; die Kunst verdirbt;
Der allerliebste Vater stirbt!
Wie sehr vergrößert unsern Jammer
Der unvermuthet harte Schlag:
Sein Zimmer wird zur Todtenkammer;
Vor uns nur allzutrüber Tag!



Wie würdig bist Du unsrer Zähren,
 Die Treu und Ehrfurcht Dir gewehren:
 Die Huld und Liebe vor Dein Haus
 Drückt keiner Worte Nachdruck aus.
 Ward uns der Mutter Herz entrisen,
 (Ach Mutter! die uns ist noch beugt,)
 So war Dein Vaterherz beflissen,
 Daß es sich doppelt huld erzeigt.

Hier läßt der Schmerz nur Seufzer steigen:
 Die Kindesliebe bleibt uns eigen;
 Denn Dich zu lieben war die Pflicht,
 Die trennt auch selbst Dein Sterben nicht.
 Ein Augemwink war gnung zum Zeichen,
 Dir freudigst an die Hand zu gehn:
 Dir noch das Herz zu überreichen
 Wird' unsre Treu Dir nicht entsehn.

Was war doch bey gesunden Stunden,
 Woran wir mehr Vergnügen funden,
 Als wenn wir Dich, sahst Du uns an,
 Nur ungekränkt und munter sahn.
 Bey überhäuften Amtsgeschäften
 Fiel mehrmals uns der Kummer ein:
 Wird Seines grauen Alters Kräften
 Die Arbeit auch erträglich seyn?

Gott

Gott half. Bis in den letzten Jahren
 Mußt Er, was wir besorgt, erfahren;
 Ein Zufall lähmte Seinen Fuß:
 Es kommt von Gott! diß war Sein Schluß.
 Er trug in Gottgelassner Stille
 Sein hartes Lager mit Gedult:
 Diß, sprach Er, ist des Höchsten Wille,
 Er bleibt uns auch im Leiden huld.

Nie kamen wir von Deiner Seiten,
 In Deiner Schwachheit Dich zu leiten:
 Uns Dir zum Trost zu unterziehen,
 War unser einziges Bemühen.
 Und ach! wenn Gott nur Seinen Tagen
 Hätt' ein verlängert Ziel bestimmt,
 Wie lieblich wollten wir Ihn tragen:
 Doch Gott kommt, der Ihn von uns nimmt.

Raum läßt der Jammer noch berühren,
 Wie Er, den Lauf wohl auszuführen,
 Sich im Gebet mit Gott vereint,
 Vor dem Er nun im Glanz erscheint.
 War doch stets, bey gefunden Tagen,
 Sein Zimmer einem Tempel gleich:
 Ihr stillen Wände mögt es sagen,
 Erscholl nicht Gottes Lob in euch?

H

Wie



Wie herzlich war Ihm noch die Freude,
 Mit Zions Volk, im Feyerkleide,
 Obwohl daheim, vor Gott zu stehn,
 Das große Jubel zu begehn.
 Das Haus des Herrn war Sein Ergößen,
 Wenn die Gesundheit es erlaube:
 Zwang Krankheit Ihn, es auszuſehen,
 War doch Sein Troſt Ihm nicht geraubt.

Die Sonntagsblätter mögen zeugen,
 Wie Er, die Knie vor Gott zu beugen,
 Mit frommer Uebung, manches Jahr,
 Zu Gottes Preis, beſchäftigt war.
 So ſchwung Sein Geiſt ſich ſchon auf Erden
 Voll Glaubensinbrunnſt himmelan;
 Um immer würdiger zu werden
 Zu der Ihm einſt beſtimmten Bahn.

Die große Kunſt, beglückt zu ſterben,
 Um jenes Kleinod einſt zu erben,
 Zog den zu Gott erhabnen Sinn
 Längſt auf die lezten Stunden hin.
 So mochte dann die Uhr erſhallen
 Auch zu ganz unverseh'ner Zeit,
 So war doch mitten in dem Fallen
 Der Geiſt zur Heimſahrt ſchon bereit.

So ist's erfolgt. Allein, welch Schrecken,
 Das eigne Nahrung nur entdecken,
 Und kaum vor Ohnmacht sagen kan,
 Greift uns mehr, als entsetzlich, an.
 Uns stirbt der allerbeste Vater,
 Der unser Schild und Anker war:
 Ach! unser Schutz, und Trost, und Rathher,
 Liegt leider! auf der Todtenbahr.

Nicht fremder Thränen zu gedenken,
 Die unsre Schmerzen nicht umschränken,
 Ist gleichwol manch gebeugter Freund,
 Der den Verlust mit uns beweint.
 Die Wehmuth kennt kein Wortgepränge,
 Wie hoch Sein Dienst der Welt genügt:
 Ehnung, daß durch aller Zeiten Länge,
 Die Wahrheit Seinen Ruhm beschützt.

Dein Glanz dringt unserm Glaubenslichte,
 Berklärter Geist, zwar vor's Gesichte,
 Wir sehn die große Herrlichkeit,
 Die Dich unnenmbar sehr erfreut.
 Wer träumte, Dir es mißzugönnen,
 Da Dir des Lebensfürsten Hand
 Das, was wir nur erst hoffen kömten,
 Schon unermesslich zugewandt.



Nach sinkt der Nest entschlafner Glieder
 Zu selbst gewünschter Ruhe nieder;
 Wer weiß, wie manchem Kriegsgeschrey
 Der matte Fuß entgangen sey:
 Indeß, die Gegenwart zu missen,
 Da wir Dich, Vater, so geliebt,
 Und Dich nicht mehr bey uns zu wissen,
 Ist, was uns dennoch höchst betrübt.

Noch küssen wir die Liebeshände,
 Ach! daß ihr Blut den Dank empfände!
 Erseuzend rühren wir sie an,
 Die uns unzählich Guts gerhan.
 Wir sehn Dich, Vater, von uns tragen,
 Dein Abschied raubt uns alle Ruh:
 So einen Vater zu beklagen,
 Langt keiner Klagen Ausdruck zu.

Aus zärtlicher Liebe und Ehrfurcht gegen den Seligverstorbenen,
 setzen dieses wehmüthigst

Desselben
 hinterlassene zwey Töchter.

Wie



Sie wohl ist Dir! Verkärter Geist,
Der nun die Hand im Schauen preist,
Die Dich im Glauben so geleitet,
Daß nun Dein Kampf den Sieg erbeutet.
Das Kleinod jener Seligkeiten,
Deß Vorschmack Dich so oft ergetzt,
Und Dich im Creuz in Ruh gesetzt,
Muß ewig Deinen Glanz verbreiten.

Nur die, so Dein entseelter Rest,
Ihn zu betrauen, hinterläßt,
Setzt Dein nur allzuherbes Scheiden
In ein empfindlich hartes Leiden.
So hoch Dein Alter angestiegen,
So zärtlich stieg in aller Brust
Die durch Dich uns geschenkte Lust
Zu ganz unendlichem Vergnügen.

I

Dein



Dein holdreich freundlich Angesicht
 Verborg sich auch im Krankfeyn nicht;
 Dein Umgang war zu allen Zeiten
 Ein Abriß sonder Treflichkeiten.
 Diß war genug, das Herz zu binden,
 Dich ehrebetigt anzusehn,
 Und alles das, was Dir geschehn,
 In Wohl und Weh selbst zu empfinden.

Ich selbst muß davon Zeuge seyn,
 Da jener Vorsicht heitrer Schein
 Mir unverhofft die Freude machte,
 Und mich in Deine Freundschaft brachte.
 War sonst mein Wunsch, das Glück zu haben,
 Mit Schwiegereltern umzugehen,
 Und in derselben Günst zu stehn,
 War doch mein Hoffen schon begraben.


Doch, was bey erster Eh gebracht,
 Das folgte bey der andern nach;
 Du, Theurster Greiß, kamst, das Ergehen,
 Was ich gewünscht, mir zu ersehen.
 Ja, Dein recht väterlich Betragen
 War zärtlicher, als ich gedacht:
 Die Freude, die Du mir gemacht,
 Ist nicht mit Worten gnung zu sagen.

Wie

Wie gar ehrwürdig war Dein Blick,
 Als uns Dein graues Haupt zum Glück
 Sich noch bey unsrer Trauung zeigte,
 Und sich vor Gott zum Segnen neigte.
 Wie rührend sind mir noch die Worte,
 Als Du vor Gott voll Geistes traktst,
 Und ihn um unsre Wohlsarth batst;
 Diß drung gewiß zur Himmelspforte.

Erfreute Gott dann unser Haus,
 Wie kräftig rühret er Dich aus,
 Doch Patenstelle zu vertreten,
 Und vor der Enkin Wohl zu beten.
 Ich bin gewiß, Dein Wunsch gedehe,
 Da sich Dein Herz so brünstig wies,
 Daß es durch Thränen merken ließ,
 Wie sehr Dich unser Wohl erfrene.

Und wie vergnügt war mir der Tag,
 Da man Dich zu besuchen pfleg;
 Wie freundlich waren die Gehehrden,
 Als je an Vätern kundbar werden.
 Die liebste Kost war Dein Gespräche,
 Daß so viel Armuth in sich hielt:
 Nur daß ich oft die Angst gefühlt,
 Ach! daß kein Fall diß unterbräche.



Kont' ich Dich auch nicht täglich sehn,
 Muß es gleichwohl im Geiſt geſchehn;
 Wir freuten uns von Dir zu ſprechen,
 Und heiß in Wünſche auszubrechen:
 Wie herzlich ſtieg der Seufzer Menge
 Vor Dich, ach Vater! himmelan,
 Ob vor die längre Lebensbahn
 Der Wuñſch zum Ohr der Allmacht dränge.

Umfonſt! die lezte Stunde ſchlägt,
 Die keinen Aufſchub mehr verträgt,
 Der liebſte Vater muß erlaſſen;
 Wir ſind der Behmuth überlaſſen.
 Ach! ſoll ich Dich ſo bald vermiſſen!
 Wie kurz! daß Du mich Tochter nennſt;
 Kaum daß Du mir Dein Herz vergönnſt,
 Wißt Du mir leider! ſchon entriſſen.

Doch ruft mich auch die kurze Zeit
 Zur innigſten Verbindlichkeit,
 Die zollt, vor alle Huld und Liebe,
 Dir dankbeſtißne Seelentriebe.
 Ach! daß Dein Segen auf uns bleibe!
 Den, wenn Dein Herz zu GtDt geeilt,
 Du Kind und Kindeskind ertheilt;
 Ach! daß er immerdar beſteibe!

Ruh

✦✦✦✦✦

Nuh dann von aller Arbeitslast,
 Die Du gemung getragen hast:
 Nur wir, die Dir ergeben Deinen,
 Sehn Deine Gruft bestürzt, und weinen.
 Doch Dein so heiligs Angedenken
 Läßt die Dir stets verbundne Pflicht,
 Läßt Dein erworbnr Nachruhm nicht,
 Läßt keine Zeit ins Grab versenken.

Dieses setze dem ehrenvollen Andenken Ihres herzlichgeliebten,
 nunmehr seligen Herrn Schwiegervaters weh-
 mützigst bey

Johanna Christiana Rivinin.

K

D Schre.



Schreckens volle Post: Mein Vater sey erkranket,
 Die zu der Zeit mich ruft, da mit der Gattin ich
 Von Ihm mich unterred't, des Höchsten Huld gedanket
 Und Hoffnungs voll geglaubt: Sein Geist erhole sich,
 Doch was noch schrecklicher: Eh' ich Sein Bett erreiche,
 Verschlimmert sichs so sehr, daß bey dem Eintritt schon
 Mir Aug und Herze sagt: Der Vater wird zur Leich.
 So sinkt aus Freud in Harm, ein tiefsgebeugter Sohn.
 Ja unausprechlich ist der Schmerzen, der mich rührte,
 Da die Empfindungskraft zusehend's wick, verschwand:
 Da von der Arzte Kunst man keine Wirkung spürte:
 Und mein erbebend Herz mehr als Er selbst empfand.
 Nichts übertrifft die Angst, die meine Brust beklemmte
 Da aus der Deinigen ein hohles Nöcheln drang:
 Da aller Säfte Lauf sich nach dem Herzen stemmte
 Und meines Lebens Quell hart mit dem Tode rang.
 Selbst des Gebethes Kraft, das doch durch Wolken dringet;
 Wenns ernstlich viel vermag, auch in der größten Noth;
 Dadurch ein Jacob ihm den Segen noch erringet,
 Ward dießmal nicht erhört: Uns trennete der Tod.
 Und endlich half ich gar den Sarg zur Gruft hinarücken,
 Der, theurer Vater, Dich, dem Leibe nach, umschloß,
 Die Wehmuth sah Ihm nach mit Sehnsuchtsvollen Blicken;
 So, wie ein Thränenmeer nach Deinem Grabe floß.

Der

Der Schmerz war heftiger, weil er auch den erregte,
 Den ein gleich schneller Tod der besten Mutter mir
 Sonst lebhaft eingeprägt; den ich noch immer hegte,
 Und den nichts linderte als der Genuß von Dir.
 Zwar wenn mans recht bedenkt, bist Du der Noth entgangen,
 Die unsre Zeiten drückt; der äußersten Gefahr,
 Die aller Enden droht; darinnen wir befangen,
 Die noch niemals so groß, als jetzt die unsre war.
 Zu Gott erhöhter Greiß, hier ruh'n zwar Deine Glieder,
 Dort aber lebt Dein Geist erneut, verklärt, erquickt;
 Bey den Vollendeten, da find ich Dich einst wieder
 In sichern Wohnungen, mit Seligkeit geschmückt.
 Indeß ermüdet nie die kindlichtreue Liebe,
 Die stärker als der Tod. Mein dankerfülltes Herz
 Empfandt und nährt und mehret die Ehrfurchts vollen Triebe,
 Die unauflöschlicher als jener bange Schmerz.
 Stets wird mir jeder Ort, den Du bewohnt, geziehret,
 Wo ich Dir beygesetzt, und sonst von Dir gelernt;
 Wo Andacht, Amt, und Lust uns öfters hingeführet,
 Dein Bild so nahe stelln, als wär es nicht entfernt.
 So manchen Tag und Stund, so viele Augenblicke
 Ich lebend Dich gesehn, geküßt, und Dein gedacht,
 So vielmals wünsch ich Dich in unsre Welt zurücke,
 Und wird Dir Lebenslang der Sehnsucht Zoll gebracht.
 Nicht lebhaft werd ich stets mir ins Gedächtniß bringen,
 Wie nuß- und liebreich sonst Dein Umgang war und Rath.
 Wie schwerlich werd ich doch den Schmerz alsdenn bezwingen,
 Wenn so ein Tag einbricht, da man Gott vor Dich bath.



Und da unzählbar ist, was Dir von mir zu danken,
 Ja wohl kein Vater ie so viel als Du gethan,
 Wird die Erkänntlichkeit nie aus dem Herzen wanken:
 Auch wenn ich halb erblaßt, denk ich noch einstens dran.

Nicht aber das allein, was ich als Sohn benennet,
 Verbleibt der Gegenstand der Dir geweihten Pflicht.
 Nein, Tugend und Verstand so man an Dir erkennet,
 Macht, daß zu keiner Zeit der Klagen Grund gebricht.
 Dein doppelt Priesterthum, das Du so wohl geführet,
 Einsicht und Wissenschaft; werththätiges Bemühn;
 Die Gottgelassenheit, so man an Dir gespühret;
 Ein mild und redlich Herz, muß meines nach Dir ziehn.
 Dir aber bleibt der Ruhm: Der Gott recht treu gedienet,
 Nicht weniger der Welt, genüßt den schönsten Lohn.
 Wie Sein Gedächtniß hier in stetem Segen grünet,
 So sieht Sein Geist verklärt, Gott und des Lammes
 Thron.

Dieses widmete dem unauslöschlichen und ruhmvollen Andenken
 seines treuen Vaters ehrebeieigigt

Desen ältester Sohn

D. August Florens Riinius.

Elegie.

Elegie.

Sie Liebe führet mich zu Deiner Ruhestatt,
 Mein Vater, Dir zum Ruhm und mir zur größten Klage,
